

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Dilectio y
cum fonte primo

Cum humane condicionis status multiplici motu uarietur,
nichil in temporalibus inuenio preter unum
quod uite celestis ymaginem representet.
Sola dilectio est quam non alterat casualis euentus,
quam separacio corporalis non diuidit,
quam temporis longitudo non abolet,
que defectui non succumbit.
Sola dilectio est per quam amicos absentes uidemus,
alloquimur, amplexamur,
qui sic quadam angelica agilitate
et ymaginario commeato transvolat et recurrit
ut nichil de dampno corporee molis
aut distancie localis iniuria conqueramur.

Petrus Rauennas in epistola.

Cum humanae condicionis status motu multiplici varietur,
nihil in temporalibus invenio praeter unum
quod vitae caelestis imaginem repraesentet.
Sola dilectio est quam non alterat casualis eventus,
quam separatio corporalis non dividit,
quam temporis longitudo non abolet,
queae defectui non succumbit.
Sola dilectio est per quam dominos et amicos absentes videmus,
alloquimur, amplexamur.
Quae sic quadam angelica agilitate
et imaginario commeatu transvolat et recurrit,
ut nihil de damno corporeae molis
aut distantiae localis iniuria conqueramur.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 30A.2 (L. Wahlgren ed., p.180, ll.4-12). cf. PL 207, col.100C-101A.